

SCRIPTA

Numéro Scripta : 8470

Auteur(s) : Guillaume de Semilly [particulier]

Bénéficiaire(s) : Aunay-sur-Odon, Notre-Dame d'Aunay (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1199

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Donation de Guillaume de Semilly à Aunay et abornements.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Le Hardy Gaston, *Étude sur la baronnie et l'abbaye d'Aunay-sur-Odon*, Caen, H. Delesques, 1897, Pièces, n° 14, p. 278-279.

Texte d'après a

Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego Wus de Semill. assensu et voluntate Jordani et Gaufridi et Engerranni fratrum meorum anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo nonagesimo nono, dedi et concessi Deo et Beatæ Mariæ de Alneto et Monachis ibidem Deo servientibus, pro salute anime mee et patris mei et matris mee et fratrum meorum et omnium antecessorum et successorum meorum, centum acras terræ in parrochia Sti Sansonis de Alneto, in puram et perpetuam elemosinam liberam omnino et quietam, scilicet totum ex integro dominicum meum quod habebam inter vetus tenementum dictorum monachorum et rivulum qui disternat parrochiam Sti Georgii et parrochiam de Longvillers a parrochia Alneti. Videlicet a tenemento Nicholai filii Alveredi usque ad illas quindecim acras terræ quas Ewaldus Le Coc tenet de me sicut carta mea quæ meî habet testatur. Et exinde sicut dominicum meum jungebatur tenemento Herberti de Rivaria et tenemento Petri de Oudon per desuper masnagium Ricardi de Moreto, et exinde usque ad tenementum Ranulfi Le Mansel, sicut divisa probat quæ ibi posita est inter reliquum dominicum meum et dictam elemosinam monachorum. Et sciendum est quod prefati monachi hujus donationis gratia recompensaverunt mihi de caritate sua centum sexaginta libras andegavenses. Si quis igitur aliquo tempore quocumque aliquid occasione exegerit vel reclamaverit in predicta terra, ego et heredes mei de nostro proprio illam per omnia adquitabimus, vel etiam reclamantibus satisfaciemus, ita sane quod predictam elemosinam inconquassam semper manere faciemus. Et ut ita donatio mea firma sit et stabilis in perpetuum presente carta sigilli mei munimine roborata confirmavi, testibus his : Radulfo de Montibus. – Rogerio de Montibus. – Rogerio de Logis. – Henrico de Lambervill. – Philippo Vernei. – Radulfo de Buron. – Ricardo Bastardo. – Reginaldo de Corcella. – Tustino filio Petri. – Willelmo filio Enguerranni. – Roberto Tronel. – Gilleberto Vecturario – Ranulfus Mansello.